

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 898

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

1089

P A T R I S T I C I

1090

tium: *Ad te quidem libenter accedimus domine ihesu discipuli ad magistrum &c.* Edit. Maur. T. III. col. 1165. inter dubios.

XII. fol. 158. *Parabola beati bernardi abbatis de guerra inter babilonem et iberusalem.* Initium: *Inter babilonem et iberusalem nulla pax est, sed est guerra continua &c.* Inscríbitor etiam *de Conflictu vitiorum et virtutum*, et legitur inter *Parabolas Bernardo* tributas loco secundo edit. cit. T. III. col. 1248.

XIII. fol. 162. Sermo in illud: *Sicut mater consolatur filios suos, ita consolabor vos.* II. 66. 13. hoc ingressu: *Magna est super nos fratres karissimi pietas conditoris nostri qui multo ampliori affectu nos diligit quam aliqua mater filium suum diligere possit &c.* In *Bernardi* operibus frustra quaesitus eum tamen aemulatur.

Alpha et Ω, magne Deus,

pro quo Codex: *deus meus*, minus recte. Est et cetera Exem-

Pium cantem letanter alleluia.

τφ laetanter manifeste redundante.

II. fol. 3. *Pius ad Deum Afectus, quem inter Hildeberti,*

Auribus intentis mihi sancte precor deus assis.

Pauperiem serui rex miserere tui.

Distichorum 18. quorum postremum:

Sentiat ut totus quia me dignabere mundus.

Nec me destituas quem pater alme iuuas.

Denis Codd. mfs. theol. Bibl. Palat.

Z z z

Habes in eo *septem* genera lacrimarum, *duo* ubera Misericordiae Dei, quae sunt Divinitas et Humanitas, e quibus fuguntur *quindecim* bona &c. Ita totus arithmeticus est.

CCXCIII. VII 73

Codex membraneus lat. par- 838
tim Sec. XIII. partim XIV. partim XV. Folior. 226. 8. majorem partem nitide exaratus, rubricis distinctus, et olim *Fratrum Carthusiensium prope Confluenciam Montis sancti Beati*, plura continet, quae hic enumerantur: I. *Incipit oratio sancti Hildeberti Cenomannensis episcopi.* Illa, quae ad III. divinas Personas rhythmis dirigitur, et in edit. *Opp. omn. Paris. 1708. f. col. 1337.* ita init:

plar Editis mendosius, ut vel ex ultimo versu patet:

cujus tamen esse possit, Carmina non inveni:

1091

C O D I C E S

1092

III. *ibid.* p. 2. De vita et fine Hominis Carmen hexametrum versuum 14. hoc initio et fine:

*Est mortalis homo proprii factoris imago &c.
Ut quo precessit Christus pertingere possit.*

IV. *fol.* 4. De Magnitudine Dei Carmen hexametrum versuum 15. hoc initio et fine:

*O qualem quantum quam magnum quam uenerandum &c.
Sepius optatam uitam sine fine beatam.*

V. *ibid.* Ad Ierusalem coelestem Carmen hexametrum versuum 26. hoc initio et fine:

*Eia ueracis ierusalem visio pacis &c.
Ut lapides uiui mereamur in ethere scribi.*

VI. *ibid.* p. 2. De Nativitate Domini Epigramma versuum 7. hoc initio et fine:

*Plaude syon nobis inter stellata colonis &c.
Et stabit pulcrum surgentis honore sepulcrum.*

VII. *ibid.* De Christo et Maria versus 5. hoc initio et fine:

*Virgo dei genitrix virga est, flos filius eius &c.
Nunc exaltatum placa mater pia natum.*

VIII. *fol.* 5. *Versibus his sancta laudatur uirgo maria.* Ita inscribitur Carmen versuum 57. hoc initio et fine:

*Alma serena pia preclsa beata maria &c.
Pulcra maria serena maria benigna maria.*

Huic continenter adiectus est Dialogus inter Matrem et Filium in cruce fixum, qui, omnibus haec tenus enumeratis potior, ita habet:

*Fili! Quid? Mater! Deus es? Sum. Cur ibi pendes?
Ne genus humanum vergat in interitum.*

Prae-

1093

PATRISTIC I.

1094

Praecedentia porro Carmina ἀδελφορα, ἀπειρηραφα, ut mihi infra *Hildeberti* dignitatem videantur, ita tamen de sequente haereo, an non illi, aut *Marbodo Redonensi* in edit. cit. ei adjuncto tribuendum sit. Titulus quidem illius miniatuſ ita enunciat:

*Cum iam diffundi uellent per clymata mundi
Testes bis ſeni. uoto ſtatueret ſideli
Vt ſolimam rurfus dent anno quoque recurſus &c.*

Haec ſi compares ad *Hildeberti* Carmen de *Machabaeis*, de *S. Vincentio* et alia, item ad *Marbodi Paſſionem S. Victoris, Mauricii* &c. eundem genium, ſtilum, verſum deprehendes. Narratur porro Fabula illa de Corpore *S.*

*Multi qui veniunt triftes ibi gaudia ſumunt,
Cum deus id donat. meritum preconis honorat.*

X. fol. 9. Incipit paſſio ſancti *Laurentij*. Ejusdem cum praecedente genii. Initium:

*A decio tentus. gladio feriente peremptus.
Martyribus mixtus. fulgebat in ethere ſyxtus &c.*

Extat inter *Marbodi* Metrica edit. cit. col. 1519. quamvis teſte *Beaugendreo* in *Monito* praeuio etiam *Hildeberto* inſcripta reſerta ſit. E collatione inſtituta varia quidem ope *Codicis* melius conſtitui poſſent; eſt tamen, ubi peccat. Ita habet v. 3. *tracti* pro *nacti*. v. 8. *uictum* pro *uinctum*,

Dum cobibere parat gallos quos conglomerarat &c.

IX. fol. 6. Incipit translatio ſancti *Jacobi* apoſtoli que in gallicia verſificae eſt compoſita. Notandum tamen, quam parum fidendum ſit hederis ab indoctis ſaepe *Librariis* adpenſis. Incipit Carmen:

Apoſtoli, cujus e *Job. de Boſco* et *Codice Marchianenſi* meminere *Bollandiani* T. VI. Jul. ad diem 25. §. 4. p. 12. qui tamen Poematis praefentis notitiam nullam habuiſſe videntur. Finitur illud:

dente genii. Initium:

et v. 9. omiſſo, v. 10. quod morte perire uidebat pro quos morte praeire uolebat &c. Pro ultimis demum 34. Verſibus alii 48. in *Codice* leguntur.

XI. fol. 15. Incipit Paſſio ſanctorum *Mauricii ſociorumque eius*. Initium:

Extat inter Carmina *Marbodi* edit. cit. col. 1744. ſed a *Codice* reſerta quater verſibus plenior eſt.

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 898

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

1095

C O D I C E S

1096

Marbodo tributa extat edit. cit. col. 1535. Verum, dum ibi versus censet 219. in Codice nume-

rantur 251. unde ex eo plenius posset restitui. Discrimen incipit post v. 35. ubi noster inserit:

*Ut melius uiuat uite se munere priuat,
Gaudia morte breui meriturus perpetis eui &c.*

Praeterea multi versus trajecti sunt, et lectio frequenter variat.

XII. fol. 20. Incipit uita *Sancti Alexii confessoris*. Initium:

*Eufemianus erat. ceu lectio sacra reuelat
Diues et ingenuus romana pretor in urbe.
Atque timoratus. uxoris lege ligatus
Vultu formose nimis et stirpis generose &c.*

Sit et ista *Marbodi* aut *Hildeberti*, dum aliud edocean. Versuum

numero superat omnia hactenus relata. Desinit vero:

Cui vox digna meli resonet super ethera celi.

Mirum tamen inter hunc versum et Librarii formulam: *Explicit uita Sancti Alexii confessoris*, in-

terjici Versus 27. de Rerum humanarum instabilitate, qui ordinantur:

O mundi curas. o res hominum perituras.

Sic intricantur. sic passim diuaricantur &c.

XIII. fol. 28. Incipit uita *Sanctae Marie egiptiace edita a Hildeberto cenomannensi episcopo*. Ex-

trat edit. cit. col. 1261. Codici fati consona. Initium:

Sicut hyemps laurum non urit, nec rogos aurum &c.

Codicis nulla in Cantus diuisio.

sanctae Thais peccatricis. Et quidem sic:

XIV. fol. 45. Incipit uita

Vitam cuiusdam mulieris carmine dicam &c.

Extat inter Carmina *Marbodi* edit. cit. col. 1541. sed a Codice frequenter variat, quo tamen 4. versibus plenior est.

XV. fol. 48. Incipit *De S. Iohanne baptista*. Carmen hexametrum versuum 27. hoc initio et fine:

1097

P A T R I S T I C I

1098

Agnum monstrando domino directa parando &c.
Una fides. unus dominus. deus et pater unus.

XVI. fol. 49. *De Sancto Jo-* hoc initio et fine:
hanne euangelista. Versuum 50.

Nunc magno nisu penetrans celestia uisu &c.
Cui decus imperium sit laus honor omne per eum.

XVII. fol. 50. *Omelia Beati* dita hoc initio et fine:
Gregorii pape. Versibus 20. red-

Christicole miseri. uix solo nomine ueri &c.
Nemo bonum nouit. faciunt quicquid deus odit.

Haec quoque tria Carmina ad
 praedictos Autores refero,
 quamvis in Edit. saepe cit. non
 occurrant.

XVIII. *ibid.* sub Rubrica: *Scrip-*
ta docent ista quid significet sacra
missa, Versus Hildeberti in edit.
cit. col. 1135. inscripti: De My-
sterio Missae. Initium:

Scribere proposui que mystica sacra priorum
Missae representet. quidue minister agat &c.

Vides redire sensum tollendo il-
 lud *ἀλογον* quid e primo versu
 editionis et cum Nostro quae re-

ponendo. Non habet is Disticha,
 quae uncinis inclusit editor *Beau-*
gendreus, finitque v. 626.

Cum pater (patris?) ad dextram cedit et explet opus.

Atque hic videtur etiam finivisse
Hildebertus, nisi velis addere
 Hexastichon, quod e *Cod. Col-*
bertino mox dictus editor subjun-
 xit. Cetera vero, quae usque ad
 v. 662. adfuit, utut *Hildeberti*,
 ad Poema non pertinent; fuerint
 vero in ejus Exemplis ita conti-

nenter adscripta, ut sunt in No-
 stro ea, quae mox edifferam.

XIX. fol. 62. Carmen ver-
 suum 36. quod in edit. cit. col.
 1151. inscribitur: *De novo Sa-*
crificio vetus abrogante, et inci-
 pit:

Melchisedech domino panem uinumque litauit &c.

1099

C O D I C E S

1100

XX. fol. eod. p. 2. Carmen versuum 20. cujus initium:

*Hostia, coniugium, baptismus, qualia primo,
Talia nunc. Res ipsa redit. Euanuit unda &c.*

Agit de Baptismo et Circumcisione, et quamvis in *Beaugendrei Codicibus* non fuerit, cum tamen utrinque *Hildeberti* Carminibus

intercipiatur, non moror illud Eidem adtribuere.

XXI. fol. 63. Carmen versuum 18. incipiens:

Ade peccatum que conueniens aboleret &c.

In edit. cit. col. 1332. inscriptum: *Cur deus homo.*

XXII. *ibid.* p. 2. Carmen elegiacum distichorum 16. Initio:

Tollimur e medio fatis urgentibus omnes &c.

In edit. cit. col. 1149. adhaeret immerito Poemati de Sacrificio *Missae*.

Liber de sacra Eucharistia; in nostro vero *Codice* primo incipit a versu 59.

XXIII. fol. 64. Carmen, quod edit. cit. col. 1151. inscribitur:

Melchisedech legitur panem unumque dedisse &c.

XXIV. fol. 66. Carmen hexametrum versuum 111. quo totum

Missae Sacrificium recensetur. Initium ejus est:

*Illud supplicium quod presbiter induit ante
Optat adesse fidem, qua debent prima nitere
Ora sacerdotis quociens precingit amictus &c.*

to *Supplicium* pro *Superpellicio* non est sine exemplis ejus aevi. Porro Carmen istud cenfeo aut partem esse *Libri de sacra Eucharistia*, quae *Beaugendream* fugerit, aut *Opusculum* per se in-

tegrum *Hildeberti*. Altera ejus $\pi\epsilon\gamma\iota\kappa\omicron\tau\eta$ incipit:

Aduentum christi &c. Tertia: *Ad natum uero &c.* Versus postremus:

Jure deo grates referens plebs ire iubetur.

XXV. fol. 68. Tetrastichon de divisione Corporis Christi.

Tres partes sacre de christi corpore signant &c.

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 898

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

1101

P A T R I S T I C I

1102

Editio cit. col. 1229. legit' partes
factae.

XXVI. *ibid.* Pentastichon de
Partibus Altaris.

Est ratio quod pars altaris dextera missae &c.

In Edit. cit. col. 1149. intrusum
est Carmini de *Mysterio Missae.*

XXVII. *ibid.* De Muneribus
Magorum Versus 9. Initium:

Dona magi domino dant mystica tres tria trino.

Quem dominum norant animo pede rebus adorant &c.

In Edit. cit. non reperio.

XXVIII. *ibid.* p. 2. Quid Tres

a Christo resuscitati significant,
Epigramma versuum 8.

Viuificata deo tria corpora. uirgo puerque

Lazarus esse notant uincula trina necis. &c.

XXIX. *ibid.* De septem Horis

Canonicis, pariter Ogdostichon:

In matutino dampnatur tempore christus.

Quo matutini cantantur tempore psulmi &c.

Neutrum in faepe dicta Edit. ha-
beri puto.

XXX. *ibid.* Decem Plagae
Aegypti versibus 5. ut edit. cit. col.
1360.

Prima rubens unda, rane tabesque secunda &c.

Versu ult. cui *Beaugendreus* in-
dormiuit, lege *necat* pro *vexat*.

XXXI. *ibid.* De quinque Mor-
bis Biblicis, versibus 5.

Quinque modos morbi deus intulit arbiter orbi.

Job marie lazari pauli fit quintus herodi &c.

Abest ab edit. cit.

XXXII. fol. 69. Rhapsodia e
Bernardi Morlanens. Sec. XII.

Monachi *Chuniac.* Libris III. de
Contemptu Mundi. Initium:

Hora nouissima tempora pessima sunt uigilemus.

Ecce minaciter imminet arbiter ille supremus &c.

Versus tantummodo 67. arduo
illi artificio contexti, et hinc in-

de excerpti. Objacet mihi *Ber-*
nardus integer ex edit. *Eilh.*

Lubini

1103

C O D I C E S

1104

Lubini 1607. f. l. 8. quam tertiam habeo.

XXXIII. fol. 70. Certamen dialogicum inter Vitia et Virtutes, quod auspicatur:

In cunctis opibus tibi non equabitur ullus. Superbia.

Putridus es uermis. quid homo moriture superbis. Humilitas.

Et sic deinceps *Inanis Gloria* et *Timor Domini*, *Ypocrisis* et *Vera Religio* &c. Versibus 50. quos fortasse non injuria *Hildeberto* aut *Marbodo* tribueris. Simile

Certamen indicavi Cod. CXLVI. XXXIV. fol. 71. Epitaphium cujusdam *Arnulfi* versuum 36. Initium:

O mors quam dura. quam tristia sunt tua iura. &c.

Init deinceps Poeta cum Defuncto sermonem, et exquirat de altera Vita, de utilitate suffragiorum pro Mortuis, de Sacrificio

Missae, ubi varia ab *Hildeberto* in aliis *Carminibus* dicta recurrunt.

Ergo queratur quid mortuus iste loquatur.

Dic arnulfe iaces? iaceo. quenam tua merces &c.

De *Arnulfo* non habeo, quod coniectem. Noster ita finit:

Tu baptizatus. tu presbiter ipse sacratus.

Tu membrum christi recte uiuendo fuisti.

Tu bene uiuendi multis exempla dedisti.

Ergo tibi munus uite det trinus et unus.

Non igitur Presbyteratum excessit.

functi, versuum 29. quod nullum est e tribus *Galliae Christ. T. VIII. col. 1132.* relatis. Incipit vero:

XXXV. *ibid.* p. 2. Epitaphium *Ivonis* Ep. Carnot. a. 1115. de-

Mortem transiit. uitamque beatus adiuit

Pro merito uiuo preclarus episcopus Iuo. —

Exiit membrum cum lux undena decembris

Bis renitet mundo. —

Karnoti princeps. clerus. plebs plange deinceps &c.

Et alia multa in Viri summi laudem, docti, ut finit,

Multimodos scripturae tollere nodos.

XXXVI.

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 898

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

11051

P A T R I S T I C I

1106

XXXVI. Fol. 72. p. 2. Car- men imperfectum, cujus initium:

*Nobile nobilium decus, unica gloria cleri,
Aurea regalis linea stirpis aue. &c.*

Tria solummodo Disticha cum di- XXXVII. *ibid.* Epigramma:
midio.

*Nec uolo nec uolui ditari turpiter unquam.
Pauperiem malo, dum sit honesta, pati.
Qui non est diues, si pauper nesciat esse,
Ille modum uitę nescit habere suę.*

XXXVIII. *ibid.* Aliud:

*Me tibi teque mihi genus etas et decor equat.
Cur non ergo sumus sic in amore pares?*

XXXIX. *ibid.* Carmen inscrip- tum: *De Crimine mundi.* Incipit:

*Tot scelerum morbis totus prope subiacet orbis
Ut huc sit vacuus nec puer exiguus. &c.*

Elegia distichorum 25. qua cum XL. Fol. 73. p. 2. *De motu*
alia vitia, tum praecipue *παιδε-* *ecclesię.* Initium:
γασία reprehenduntur.

Jam tot in ecclesias insurrexere procelle &c.

Extat edit. *cit. col. 1355.* sed *debertus* manifeste ad *Nestoris*
perperam censuit *Beaugendreus* aetatem adlusit. Codex habet *phi-*
v. ult. pro *pili* legendum *prae-* *lii* pro *Pylis*.
lii; praeterquam enim quod con- XLI. fol. 74. *De infortunio*
tra legem carminis foret, *Hil-* *seculi.* Incipit:

Nuper eram locuples multisque beatus amicis &c.

In edit. *cit.* inscribitur: *Hilde-* XLII. fol. 76. *De Liuore.*
berti de exilio suo. col. 1344. Carmen hexametrum versuum
Pro *famemque fateri* legit Codex 79. quod orditur:
saniemque reuerti.

Denis Codd. mss. theol. Bibl. Palat.

A a a a

Liuor

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 898

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

1107

I C O D I C E S A

1108

Liuor inaequales non nouit habere sodales.
Dentibus inuidie mordentur dona sophye.
Se se consternit dum quid laudabile cernit. &c.

Mallem legere *Lividus aequales.* Finis:
Ne per eum digne trusi pereatis in igne.

XLIII. fol. 77. p. 2. De per- tium:
fidia suae malicia Mulierum. Ini-
Plurima cum soleant mores euertere sacros &c.

Edit. cit. col. 1353. tribus aut XLIV. fol. 78. p. 2. Car-
quatuor distichis plura habentur. men, quod inter *Marbodiana* edit.
In *Codice* 3. ultimi versus ad- cit. col. 1578. inscribitur: *Quod*
scripti ad materiam non perti- non sit flendum pro morte *Christia-*
nent. ni, et incipit:

Nos quibus est vite promissio facta future &c.

Sed post versum ibi ultimum pro- mixti.
currunt in *Codice* 12. alii eiusdem XLV. fol. 79. *Versus de num-*
quidem thematis, sed *Pentametris mi Laude.* Numero 42. Ita:

In terra summus rex est hoc tempore nummus.
Nummum mirantur reges et ei famulantur.
Nummus auarorum deus est et spes cupidorum. —
Nummus laudatos comedit pisces piperatos.
Francorum uinum nummus bibit atque marinum &c.

Finis:

Ex hac esse schola non uult sapientia sola.

Nec enim versus adnexus huc pertinet:

Campbira per nares castrat sine uulnere mares.
qui apud varios Medicos in du- bium revocatur et ita legitur:

Campbora per nares castrat odore mares.

XLVI.

1109

P A T R I S T I C I

1110

XLVI. fol. 80. *Incipit nouus* mus Cod. DCXIII. En ea versibus
Catbo. Nota Catonis Dionysii Di- leoninis vineta, et IV. *Libris re-*
sticha in rhythmos redacta vide- praesentata. Ineunt vero:

Lingua paterna sonat, quod ei sapientia donat.

Exaudi fili mentisque reponere cubili.

Precipue cultum domini tu dilige multum.

Quam bene cultura fruitur mens crimine pura &c.

Ad calcem continenter haec me- morantur:

Nullus miretur, nudum si carmen habetur.

Mens paupertina coniunxit carmina bina.

Hoc quicumque legit, martini musa coegit vel quod egit,

Sicubi deliquit, uicium sanare reliquit.

Sicubi laudatur, laudano laus babeatur

De quo manauit. de quo se fonte rigauit.

Scholam *Laudunensem* Sec. XI. et XII. celebrem commendat *Franciae Historia* lit. T. IX. p. 35. ejusque potiores alumnos enumerat. Nullus tamen inter eos *Martinus*. Neque alium novi, nisi *Martinum Laudunensem* *Carthusiae Vallis S. Petri* Priorem, cujus *Epistola* ad Tironem sui ordinis de non repetendo mitiori Ordine circa an. 1180. scripta,

primum a *Theod. Petrejo Colon.* 1607. edita, dein in T. XXVII. *Bibl. PP. Lugd.* p. 493. recepta fuit. Ad hunc igitur, quod nemo notat, etiam *Cato* noster *leoninus* pertinere videtur.

XLVII. fol. 86. Carmen de Morte, Resurrectione, et Inferno, versuum 168. quod ita inchoat:

Dic homo, post hominem quid fies non homo factus?

Post hominem uermis. quid post uermem nisi puluis.

Dic ergo uermis. puluis dic. unde superbis? &c.

Et finit: *Uitam*

Quam dare dignetur. qui trinus et unus habetur

Nobis cunctorum rex et dominus dominorum.

Gloria maiestas cui laus honor atque potestas.

XLVIII. fol. 89. *De iacob et gesimus:*
esau. Versus 19. neque enim vi-

Vivas et ualeas. et cras tua lumina perdas,

ad rem pertinet. Initium :

*Non imprudenter fit questio mota frequenter.
Cur sit adoptatus iacob. esau reprobatus &c.*

XLIX. *ibid.* p. 2. *Epitaphium xastichon, quod inquit:
Sepulchri. Anonymi Militis. He-*

*De nichilo nichil est. si quid fuit est homo nil est.
Est homo factus humo. nil humus est et homo &c.*

Atque hic finiunt Poematia Sec. faltem XIII. ineunte descripta, quorum plurima saepe dictorum *Hildeberti* et *Marbodi* esse non ambigo. Et utinam *Codicis* hujus, quemadmodum etiam *Codd.* quos in *Indice* colligimus, notitiam habuisset *Beaugendreus*, vel potius Partem poeticam alter suscepisset editor, qui, ut alia taceam, notissimum *Martialis* Epigramma: *Rumpitur invidia quidam &c.* non adtribuisset *Marbodo!* — Sed nunc ad *Prosaica Codicis* tardius ut plurimum exarata passum faciamus.

L. *ibid.* De *Eucharistia*. Locus de Sacrificio *Missa*e. Locus *Augustini* de *Psalms*. *Flores de diuersis sententiis*. Haec quidem breviora eadem manu, qua *Poematia*, exarata sunt.

LI. *fol.* 100. Congeries *Exemplorum* ad usum, ut videtur, *Concionatorum*. De *sancto Alexio*, de *sancto Eustachio*, ad *simplices seculares et rusticos de fidelitate*, ad *nobiles et religiosos de penitentia*, ad *omnes de oratione &c.* *Cantipratanum* aut *Caesarium Heisterbac.* te legere putes. Manus Sec. XIV.

LII. *fol.* 127. absque inscriptione *Dialogus* fabulosus inter *Anselmum* quaerentem, et *Mariam* narrantem *Passionem* filii sui. Incipit: *Notandum quod beatus Anselmus longo tempore cum lacrimis et oracionibus et ieiunijs rogabat &c.* Extat in *append. Opp. Parisiis per Gabr. Gerberonium* 1721. p. 488. f. inscriptus *Planctus B. Mariae* in XVI. *Capita* diuisus, et exemplo nostro, quod definit: *et ei compaciebantur*; aliquanto productior. Manus Sec. XIV.

LIII. *fol.* 140. p. 2. Incipit *vera relacio de assumptione beate virginis marie quam beatus mileto (Melito) sarden. episcopus a beato apostolo Iohanne audiuit et scriptam in libro quem ecclesie edidit fratribus leodicensibus misit.* Initium: *Mileto seruus christi — cum nobis (vobis) de uita prophetarum uel incarnatione dominica duo opuscula condidissim &c.* Recitat totum hoc principium *Lambecius L. Comment. VIII.* p. 190. ad quem jam remissi *Cod. CLXIV.* Adparet inde differentia *Codicis* nostri ab *Editis Bibl. PP. Lugd. T. II. P.*

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 898

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

1113

P A T R I S T I C I

1114

2. p. 212. magisque insuper e fine, ubi Noster post verba ultima: *et in unica diuinitatis substantia in secula seculorum amen;* 12. adtextit lineas, quae potius ad Tractatum quempiam in *Cantica Canticorum* pertinere videntur. Manus Sec. XIV.

LIV. fol. 149. *Beatus Bernardus de triplici custodia Manus lingue et Cordis.* Initium: *Omnes causamur nobis deesse gratiam &c.* In edit. *Maur. Paris. 1690.* est inter *Sermones de diversis* numero XVII. T. III. col. 1118. Nitidum Sec. XIII. Exemplum. Quae sequuntur, Sec. XV. exarata sunt.

LV. fol. 156. *Collatio communis ad omnes de X. preceptis et X. plagis egypti.* In illud: *Confitemini domino in cythara, in psalterio decem cordarum psallite illi.* Pf. 32. v. 2. Initium: *Nos congregati ut deo seruiamus in duobus modis eum laudare debemus &c.* Finis: *glorie eterne poterimus feliciter peruenire.*

LVI. fol. 158. *De omnibus sanctis.* Sermo in illud: *Gaudent in celis anime sanctorum qui christi uestigia sunt sequuti.* Eccl. Initium: *Jure gaudent in gloria celorum cum christo qui principes extiterunt passionis ejusdem in exilio &c.* Finis: *et sic ad idem brauium cum sanctis perueniemus.* Horum bonae frugis *Sermonum* Autorem ignoro.

LVII. fol. 160. *Excerptum de quinquagenis Augustini.* Sive de Commentariis in Psalmos. Pro-

lixum, usque ad *Codicis* terminum pertingens.

CCXCIV.

VII F. 2

Codex membraneus lat. Sec. 423 XIV. Folior. 80. 4. perquam nitide exaratus continet CCIII. ex *Epistolis Ivonis*, qui sedem *Carnotensem* ab an. 1090. vel, ut certius, 1092. ad an. 1115. tenuit, atque in earum numero duas, quae in Edit. *Paris. 1647.* f. non comparent. Dabo earum Elenchum addito fingulis numero, quo in nunc dicta Editione sese consequuntur.

1. Ad Richerum Senon. Archiep. 8.
2. Ad Urbanum II. P. Rom. 12.
3. Ad Gualterum s. Walterium Ep. Meld. 16.
4. Ad Richerum Senon. Archiep. 35.
5. Ad Hugonem Lugdun. Archiep. 24.
6. Ad Urbanum II. 25.
7. Ad Hugonem Lugd. Archiep. 59.
8. Ad Eundem. 60.
9. Ad Bernardum maj. Monast. Abb. 4.
10. Ad Adelam nobil. Comitissam. 5.
11. Ad Virgines Monast. Durenf. 10.
12. Ad Eudonem Normanniae Dapifer. 27.
13. Ad Petrum Pictav. Ep. 36.
14. Ad Rotbertum. 37.
- 15.

A a a a 3